



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hexaēmeron Hē Toi, Kosmourgia, Georgiou tou P sidou  
diakonou ...**

**Georgius <Pisida>**

**Lutetiae, 1585**

Fastus & Satanæ præstigiæ in somniis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70102](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70102)

Donec erit huius acta vitæ fabula.

Natura rerum talis est fluentium,

Scenæ soror, consanguineaque infomnij:

Omnia procella nempe fastus præterit,

Vt somnus atque infomnium variabile.

110 Quin sapius molli iacentem in lectulo,

Dum per quietem sensa cordi se ingerunt,

Exsuscitat virum leui spectaculo:

Furatur ac mentem, indolémque altè euehit,

Vt hostis & grassator atrox mentium.

Accumulat absentes opes ex tempore,

Ac dignitatum læta format somnia,

Simulacra inanis gaudij blanda indicat:

Et Margaritas candicantes exhibet:

Succendit & Carbuncolorum ardentium

120 Cæcos lapillos, & facem cordi admouet

Eius nihil qui cepit, ac si ceperit.

Quanam arte dubito infomnij ludibrium

Præbeat ut ipsam rem, & nocente mentibus

Telo remotum à sensibus ad ipsos trahat

Errorem, at hæc perit repente gratia:

Nam subito multat hunc sua in opulentia.

Fortunæ eos furantur etiam quos amant,

Per carneas animæ illecebras quas habent.

Nisi si quis ipsis obiicem opponat catus.

130 Moderationis callidam prudentiam:

Nec, molliter vel remissa dum manu

Ciet organorum quæ penes nos neruulos,

Rerum hu-  
manarum in-  
constancia  
fastus leuita-  
tem indicat.

Fastus & Sa-  
tanæ præsti-  
giæ in som-  
niis.

D. Basilus de  
Humil. & D.  
Greg. Naz.  
ser. 53.

Plato Polit.  
9. Cic. 1. de  
Deuin.

DE VANITATE VITÆ.

Intensionem soluat, animi quæ copula est:

Neu tensione tam graui tamque valida

Hæc tela vitæ emolliat communia:

Aequabili at mensura adaptet barbitum:

Vt rite cùm mox tensa erit, per eam feræ

Mentis quiescant motionum belluæ.

Vbi lapsa natura à decori tramite

Ad belluinam sortem abiuit deuia.

140

Sedenim vir ille mente solida ostenditur,

Calcauerit qui retia erroris mali,

Lapsusque fortunæ vsque adeo variabilis.

Nam plurimis Fortuna quæ dici solet,

Procella fastus cuncta quàm sublimis est,

Spe feruet hac præsumpta, & vsque fluctuans,

Summum vocatur in periculum ac metum.

Vt crure si quis inquieto cursitet:

*Similia.*

Vt qui efferuntur summa per fastigia,

Funes obambulando vinctos firmiter,

150

Si pes labascet, summitatis vertice

Vastissimam in profunditatem corruunt.

Sin humilis incedens humi flectit oculos,

Tollitur in altum, Perseo sublimiùs,

Alatus vt non sit: trucidat Gorgonas,

Peccata nempe erroris horrida maximè,

Quæ semper in se fixa habentes lumina

In saxa vertunt protinus viuentia:

Et belluæ libidinum obiectos feræ,

Monstrum volatu conficit celerrimo,

160

Scrúatque

Persei my-  
thologia in-  
signis, in qua  
peccata ipsa  
Gorgonib.  
comparat:  
perturba-  
tiones animi  
beluz mari-  
næ, cordis  
puritatem  
Andromedæ  
virgini.